AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh.
Seite 41r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

LIBER TERTIV

uoluntas quifacit angelos suos
spiritus et ministros suos igne ar
dentes. inspiritu uel summa pace
atq; amicitia copulatus. et in
una uoluntate quodam spiritali
caritatis igne conflatus. tanquam
in excelsa et sancta et secreta sede
presidens. uelut in domo sua.
et in templo suo. Inde se quibusdam
ornatissimis creature motibus
primo spiritibus. deinde corpora
libus per cuncta diffundit. et unit
omnibus. ad incommutabile arbi
trium sanctitatis sue. siue in corpo
reis siue corporeis rebus. siue ratio
nabilibus. siue irrationabilibus
spiritibus. siue bonis per eius gratiam.
siue malis per propriam uoluntatem.
Sed quem admodum corpora crassi
ora et inferiora per subtiliora et
potentiora quodam ordine regunt.
Ita omnia corpora per spiritum uite. et
spiritum uite irrationalis. per spiritum uite
rationalem. et spiritum uite rationalis
desertor atq; peccator. per spiritum
uite rationabilem. pium. et iustum.
Et ille per quem dominum. ac sic uni
uersa creatura. per creatorem suum.
Ex quo. et per quem. et in quo cuncta
condita atq; instituta est. Ac per hoc
uoluntas dei est prima et summa
causa omnium corporalium species.
atq; motionum. Nihil enim fu
uisibiliter. et sensibiliter. quod
non de interiore inuisibili atq;
intelligibili aula summi impe
ratoris. aut iubetur aut permit
tatur. secundum ineffabilem iustitiam
premiorum atq; penarum. gratiarum.
et retributionum. in istius totius
creature amplissima quadam
immensaq; republica. Si ergo
apostolus paulus quamuis ad huc por
tare sarcinam corporis. quod cor
rumpit et adgrauat animam.
quamuis ad huc ex parte. atq;
in enigmate uideret. obtans
dissolui et esse cum xpo. et in
semetipso ingemescens ad opu
onem. expectans redemptionem cor
poris sui. potuit tamen signifi
cando predicare dnm ihm xpm.
Aliter per linguam suam. aliter per
epistolam. Aliter per sacramentum
corporis et sanguinis eius. Nec
linguam quippe eius. nec membranas.
nec atramentum. nec significantes
sonos linguae. editos. nec signa
litterarum conscripta pelliculis
corpus xpi et sanguinem dicimus.
Sed illud tantum quod ex fructibus
terre acceptum. et prece mistica
consecratum. ritu sumimus ad
salutem spiritalem in memoriam pro
nobis dominice passionis. Quod
cum per manus hominum ad illam